



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Catena Aurea**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**[S.l.], 1661**

Annulus V. Existimatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7709**

13  
ANNULUS V.  
EXISTIMATIO.

222



A SUMMO SPLENDOR.



*U* nitet in terris, defluxit ab æthere splendor;  
*E* micat à summo, quicquid in orbe micat.  
*A* spice, quæ cæcas solantur lumina noctes,  
*A* summo lumen, lumina noctis habent.  
*A* spice, quæ vigilem revehit Titbonia solem;  
*A* Summo Phœbum monstrat adesse suum.  
*A* spice vere diem detersâ nube serenam,  
*N* i fluat à summo, nulla serena fluit.  
*N* ec tantum summis Phœbi micat ignibus æther;  
*E* t sua sunt imo, lumina summa solo.  
*A* spice tergemino sociatos vertice montes,  
*Q* uam claro summus fidere lucet apex!  
*N* on modo Romuleos implet lux aurea clivos,  
*A* ngarictis etiam lux venit inde iugis.  
*S* cilicet à summo splendor, nil lucis ab imis  
*S* pera : lux summo vertice summa micat.



D

OCU-

OCULUS DOMINI

Sapiens consilium est raro sapientis Epicuri,  
Sub oculis vivendum esse boni viri :

Quia virtus non minus in alios, quam in se potens,  
Ut sua fugit, sic aliena fugat vitia.

Sive, quia visa virtus virtutem accendit,  
ut carbo carbonem,

Oculos porro in hanc rem alii Socratis postulant, alii Catonis,  
Ego neutrius.

Propterea quod oculi foras, virtus & nequitia intro spectant.

Non opus est malitiam oculi, ne videant oculi,

Per se occulta nec lucem, nec colorem naturam suam admittit.

Et si quando foras exit, non deest turpi speciosa larva,

Qualis scilicet est, videri non vult, qualis videri vult, non est,

Pulchra non esse, videri tantum contenta,

Dum vitia mutat, non cum virtutibus, sed cum vitiis:

Dum Socratis oculos fallit, falsitatis secura.

Alius nobis opus est, quem nullum lateat secretum.

OCULUS DOMINI

Quem homo, qui hominem semper praesentem habeat:

Oculum Domini non falles, qui serorum oculos fallebas,

IN SUMMO positus est:

Vnde tam facile omnes videre, quam ab omnibus videri possit.

Oculum Domini quaeris in caelo? videbis in Christo.

Oculum Domini quaeris in terra, videbis in Christi Vicario.

UTRUMQUE IN SUMMO.

HUNC COELO, hunc MONTE.

Quis oculus in vertice montium, nisi CUSTOS MONTIUM?

Certè non alium sibi CUSTODEM imponebat PRINCEPS MONS.

Profuit sine dubio vixisse

SUB\* OCULIS DOMINI SANCTISSIMI.

Qui sanctitatem in omnes quidem propius verò in domesti-  
cos diffunderent.

Qui tales oculos revereri didicit, citò REVERENDUS fuit,  
imò REVERENDISSIMUS.

Ex Brevi Apostolico ad R. dissumum Capitulum de 4. Junii 1661.

Quippe qui pietatem, prudentiam, zelum, ceterasque virtutes omnes eximio præ-  
stare dignas in eo longo SUB OCULIS nostris experimento cognitas & perspectas  
habentes confidimus fore, &c.

